

Universitätsbibliothek Wuppertal

Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Liber decimus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)

possem viuere, nisi in literis uiuerem. Sed est earum etiam nō fatietas, sed quidam modus. A quibus cum discessi, etsi minimum mihi esset in cœna, qđ tu vnū ^{340, 100} Dioni philosopho posuisti, ramen quid potius faciam prius, qđ me dormitum conferam, non reperio. Audi reliqua. Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. In eo igitur inquis conuiuio Cicero ille, quem spe etabam: cuius ob os Graii ora obuertebant sua? Non mehercule suspicatur sum illā affore: sed tamen Aristippus quidem ille Socraticus non erubuit, cum esset obiectum habere eū Laida. Habeo, inquit, non habeor a Laide. Græce hoc melius tu, si uoles, interpretabere. Me uero nihil istorum ne iuuenem quidē mouit vnq̄, ne nunc senem. conuiuio delector, ibi loquor aliquid, qđ in solum, ut dicitur, & gemitum, & risus maximos transfero. An tu id melius, qui etiam philosophum irriseris? Cum ille, si quis quid quereret, dixisset, cœnam te querere a me dixeris. Ille uero te putabat quesiturum, nū vnū celum esset, an innumerabilia, quid ad te? At hercule cœna nūquid ad te? Tibi presertim. Sic igitur uiuitur, quotidie aliquid legit, aut scribitur. Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur vna non modo non contra legem, si vlla nunc lex est, sed etiam intra legem, & quidem aliquanto, quare nihil est, qđ aduentum nostrū extimescas. Non multi cibi hospitem accipies, sed multi ioci. Vale.

Cytheris.
Cic. laus.
Lais.

Iocatur.

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM
LIBER DECIMVS.

M. T. CICERO CN. PLANCO IMP.
CONS. DESI. S. P. D.



T ab sui proficiscens in Græciam, & postea qđ de meo cursu reip. sum voce reuocatus, nunq̄ per M. Antonium quietus fui, cuius tanta est insolentia, nam id quidem vulgare vitium est, sed immanitas, nō modo ut vocem, sed ne vultum quidē liberū possit ferre cuiusq̄. Ita qđ mihi maxime cure est non de mea quidē vita, cui satisfeci vel etate, vel factis, vel (si quid etiā hoc ad rem pertinet) gloria, sed me patria sollicitat, in primisq̄ mi Plance expectatio cōsulatus tui, que ita longa est, ut optandū sit, ut possimus ad id tēpus reipu. spiritū ducere. Quæ potest em̄ spes esse in ea repu. in qua hoīs impudentissimi, atq̄ intemperatissimi armis oppressa sunt omnia! & in qua nec senatus, nec populus vim habet vllam! nec leges vllæ sunt, nec iudicia, nec omnino simulacrum aliquod, aut vestigium ciuitatis! Sed quādo acta omnia mirri ad te arbitrabar, nihil erat, qđ singulis de rebus scriberem. Illud autem erat amoris mei, quem a tua pueritia susceptum nō seruauim solum, sed etiam auxili, monere te, atq̄ hortari, ut in tempu. omni cogitatione, curaq̄ incumberes. que si ad tuum tempus perducitur, facilis gubernatio est: ut perducatur autem, magnæ cum diligentie est, tum etiam fortunæ. Sed & te aliquanto ante (ut spero) habebimus: & præterq̄ qđ reipu. consulere debemus, tamen tuę dignitati ita fauemus, ut omne nostrū consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem tuam conferamus. Ita facillime & reipublice, que mihi charissima est, & amicitię nostre, quā sanctissime nobis colendam puto, me intelligo satisfacturum. Furnum nostrum tanti a te fieri, quantum ipsius humanitas, & dignitas postulat, nec miror, & gaudeo, req̄ hoc existimare volo, quicquid in eū iudicii, officiiq̄ contuleris, id ita me accipere, ut in me ipsum te putem contulisse. Vale.

M. Anto.
insolentia
& immanitas.

M. CICERO CN. PLANCO. IMPE.
CON. DESI. S.



Eum studium honori tuo non defuisset pro necessitudine nostra, si aut tuto in senatum, aut honeste venire potuissem. Sed nec sine periculo quisq̄ libere de rep. sentiens versari potest in summa impunitate gladiatorum, nec nostre dignitatis videtur esse ibi sententiam de repu. dicere, vbi me & melius & proprius audiant armati, qđ senatores. Quapropter in priuatis rebus nullum neq̄ officium, neq̄ studium meum desiderabis: nec in publicis quidem, si quid erit in quo me interesse necesse sit: nunq̄ deero, ne cum periculo quidē meo, dignitati tuæ. In his autem rebus, que nihilo minus ut ego absim, confici possunt, peto a te, ut me rationem habere re velis, & salutis, & dignitatis mee. Vale.

Ratio.

Epistolarum familiarium

M. T. CICERO CN. PLANCO IMPE. CON. DES. S. P. D.

Furnius.



Vm ipsum Furniū p se vidī libēriſſime, rū hoc libērius, q̄ illū audiēs te videbar audire. Nam & in re militari virtutē, & in adminiſtranda prouincia iuſtitiam, & in omni genere prudentiā mihi tuam expoſuit: & præterea mihi non ignotā in cōſuetudine, & familiaritate ſuauiſſimam tuam adiunxit. Præterea ſumā erga ſe liberalitatē. Quæ oīa mihi iucūda, hoc extremū etiā gratum fuit. Ego Plance neceſſitudinē cōſtitutā habuī cū domo veſtra, ante aliquid quanto, q̄ natus tu es: amorē autē erga te ab ineunte pueritia tua, cōfirmata iā ætate familiaritatem, cum ſtudio meo, tum iudicio tuo cōſtitutam. His de cauſis mirabiliter faueo dignitati tuę, quā mihi tecū ſtatuo habere cōmunem. Omnia ſumma conſecutus es, virtute duce, comite fortuna: eaq; es adeptus adoleſcens multis inuidētibus, quos ingenio, induſtriāq; fregiſti. Nūc me amantīſſimū tui, nemini concedētē, q̄ tibi vetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eſſe, ſi audiēs, oēm tibi reliquę vitę dignitatē ex optimo reipu. ſtatu acquirēs. Scis profecto (nihil em̄ te fugere potuit) fuiſſe quoddā tēpus, cum homines exiſtimarent, te nimis ſeruire tēporibus: qđ ego quoq; exiſtimarem, te, ſi ea quæ patiebare, probare etiam arbitrarer. Sed cum intelligerē quid ſentires, te arbitrabar videre, quid poſſes. Nūc alia ratio eſt oīm rerū, tuum iudiciū eſt, idq; liberum, cōſul es deſignatus optima ætate, ſumma eloquētia, maxima orbitate reipu. virorū taliū. Incumbe per deos immortales in eā curā & cogitationē, q̄ tibi ſummā dignitatem & gloriam afferat. Vnus autē eſt, hoc præſertim tēpore, per tot annos reipu. deueſtata, reip. bene gerendę curſus ad gloriā. Hęc amore magis impuſſus ſcribenda ad te putauī, q̄ q̄ arbitrarer te monitis, & præceptis meis egere. Sciebā em̄ ex iisdē te hęc haurire fontib⁹, ex quibus ipſe hauſerā. Quare modū faciā. Nunc tm̄ ſignificandū putauī, vt potius amorem tibi oſtenderē meum, q̄ oſtentarem prudentiā. Interea, quę ad dignitatē tuam pertinere arbitror, ſtudioſe, diligenterq; curabo. Vale.

PLANCVS CICERONI. S. D.



Amatoria.

Ratiſſimę mihi tuę literę fuerūt, quas ex Furnii ſermōe te ſcripſiſſe aſaduerſi. Ego autē præteriti tēporis excuſationē afferō, q̄ te proſectū audierā, nec multo ante rediſſe ſciui, q̄ ex epiſtola tua cognoui. Nullū. n. in te officiū, ne minimū quidē, ſine maxima culpa videor poſſe prætere, in quo tuēdo habeo cauſas plurimas, vel paternę neceſſitudinis, vel meę a pueritia obſeruatię, vel tui erga me mutui amoris. Quare mi Cicero qđ mea, tuaq; parit̄ eras, perſuade tibi te vnū eſſe, in quo ego colēdo patriā mihi cōſtituerim ſanctitatē. Omnia igit̄ tua cōſilia mihi nō magis prudentię plena, quę ſumma eſt, vident̄, q̄ fidelitatis, quā ego ex mea conſcientia metior. Quare ſi aut aliter ſentirē, certe admonitio tua me reprimere, aut ſi dubitarē, hortatio impellere poſſet, vt id ſequerer, qđ tu optimū putares. Nūc vero quid eſt, qđ me in aliā partē trahere poſſit? Quęcūq; i me bona ſunt, aut fortunę beneficio tributa, aut meo labore parata, etſi a te propter amorē charius ſunt eſtimata, tm̄ vel inimiciſſimi iudicio tāta ſunt, vt præter bonā famā nihil deſiderare videātur. Quare hoc vnū tibi perſuade, quantū viribus enit̄, conſilio prouidere, auctoritate monere potuero, hoc oē reip. ſemp futurū. Non eſt ignot⁹ mihi ſenſus tu⁹, neq; ſi facultas oprabilis mihi qđ tui pſentis eēt, vnq; a tuis cōſiliis diſcreparem, nec nunc cōmittam, vt vllum meū factum reprehendere iure poſſis. Sum in expectatiōe oīm rerum, quid in Gallia citeriore, quid in vrbe Ianuario mēſe gerat̄, vt ſciā. Interim maximam hęc ſollicitudinē, curamq; ſuſtineo, ne inter aliena vitia hęc gētes noſtra mala ſuam putent occaſionem. Qđ ſi peride vt ipſe mereor, mihi ſucceſſerit, certe & tibi, cui maxime cupio, & omnibus viris bonis ſatiſfaciam. Fac valeas, meq; mutuo diligas.

Gallia citerior.

CICERO PLANCO IMPE. CON. DES. S. P. D.



Amor patrię, & amicorum.

Inas a te accepi literas eodem exemplo, qđ ipſum argumento mihi fuit diligentię tuę. Intellexi. n. te laborare, vt ad me mihi expectatiſſimę literę perferrentur. Ex quibus cœpi fructū duplicem, mihiq; in cōparatione difficilē ad iudicandū, amorē ne erga me tuū, an aim in reipu. pluris eſtimandū putarē. EST oīno patrię charitas meo qđ iudicio maxima, ſed amor, voluntatiſq; cōiunctio plus certe habet ſuauiſſimæ. Itaq; cōmemoratio tua paternę neceſſitudinis, beneuolentięq; eius, quā erga me a pueritia cōtuliffes, ceterarūq; rerū, quę ad eā ſententiam pertinebant, incredibilē mihi lætitiā attulerunt. Rurſus declaratio animi tui, quem

haberes de rep. quæq; habiturus esses, mihi erat iucundissima: eoq; maior erat hæc lætitia, in quo ad illa superiora accedebat. Itaq; te non hortor solum mi Plance, sed plane etiam oro, quod feci his literis, quibus tu humanissime respondisti, ut tota mente, omnique animi impetu in reipublica incubas. Nihil est quod tibi maiori fructui, gloriæq; esse possit, nec quicquam ex omnibus rebus humanis est preclarior, aut prestantius, quam de Republica bene mereri. Adhuc enim patrie tuae summa humanitas, & sapientia, me, quod sentiam, libere dicere: fortuna suffragante videris res maximas consecutus, quod quicquam sine virtute non potuisses, tamen ex maxima parte ea quæ es adeptus, fortunæ, temporibusq; tribuitur. His temporibus difficillimis reipublice, quicquid subueneris, id erit totum, & proprium tuum. Incredibile est omnium civium, latronibus exceptis, odium in Antonium. Magna spes in te, & in tuo exercitu: magna expectatio. Cuius pro deos gratiæ, gloriæq; caue reipublicam amittas. Sic moneo, ut filium. Sic faueo, ut mihi. Sic hortor, ut & pro patria & amicissimum. Vale.

CICERO PLANCO IMPE. CON. DESI. S. D.

Quæ locutus est Furnius noster de animo tuo in reipublica, ea gratissima fuerunt, S. P. Q. R. prebatissima. Quæ autem recitate sunt literæ in senatu, nequaquam consentire cum Furnii oratione visæ sunt. Pacis enim auctor eras, cum collega tuus vir clarissimus a foedissimis latronibus obsideretur: quæ autem positis armis pacem petere debet: aut si pugnares eam postularet, victoria pax non pacatione paranda est. Sed de pace literæ vel Lepidi, vel tuæ, quæ in partem acceptæ sint, ex viro optimo fratre tuo, & ex C. Furnio poteris cognoscere. Me autem impulit tui charitas, ut quicquam nec tibi ipsi consilium deesset, & fratris, Furniiq; benevolentia, fidelisq; prudentia tibi presto esset futura, velle tamen meæ quoque auctoritatis pro plurimis nostris necessitudinibus preceptum ad te aliquod pertinere. Crede igitur mihi Plance, omnibus quos adhuc gradus dignitatis consecutus sis, (es autem adeptus amplissimos) eos honore vocabula habituros, non dignitatis insignia, nisi te cum libertate Po. Ro. & cum Senatus auctoritate coniuxeris. Seivge te quæso aliquando ab iis, cum quibus te non tuum iudicium, sed temporis vincula coniunxerunt. Cōplures in perturbacione reipublice, consules dicti, quorum nemo consularis habitus, nisi quæ animo extitit in reipublica consulari. Talis igitur te esse oportet, qui primum te ab impiorum civium tui dissimillimorum societate seivngas: deinde & senatum, bonisq; omnibus auctorem, principem, ducem præbeas: postremo ut pacem esse iudices non in armis positos, sed in abiecto armorum, & servitutis metu. Hac si & ages, & senties, tunc eris non modo consul, & consularis, sed magnus etiam consul, & consularis. Sin aliter, tua in istis amplissimis nominibus honorum, non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas. Hac impulsus benevolentia scripsi paulo severius, quæ tu experiendo in ea ratione quæ te digna est, vera esse cognoscas. Datum. xiiii. Cal. Aprilis.

PLANCVS IMPE. CONS. DES. CICERONI. S. D.

Lura tibi de meis consiliis scribere, rationeq; omnium rerum reddere verbosius, quo magis iudicares omnia me reipublice causa prestitisse, quæ & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi. Non minus enim a te probari, quam diligere semper volui: nec te magis in culpa defensor mihi paravi, quam predicatore merito rerum meorum esse volui. Sed brevior me duæ res faciunt: una quod publicis literis omnia sum persecutus: altera quod M. Varidisiu equitem Romanum familiaris meum ad te ipsum transire iussi, ex quo omnia cognoscere posses. Non mediis fidius mediocri dolore afficiebar, cum alii occupare possessionem laudis videretur: sed usque mihi temperavi, dum perducerem eorum, ut dignum aliquid & consulari meo, & vestra expectatione efficerem. Quod spero, si me fortuna non defellerit, me consecuturum, ut maximo presidio reipublice, nos fuisse, & nunc sentiant homines, & in posterum memoria teneant. A te peto, ut dignitati meæ suffrageris, & quartum rerum spe ad laudem me vocasti, harum fructu in reliquum facias alacriorem. Non minus posse te, quam velle, exploratum mihi est. Fac valeas: meque mutuo diligas.

CN. PLAN. IMPE. CON. DES. S. P. D. CONS. PR. TR. PL. SENA. PO. PLEBIQVE RO.

Si cui forte videor diutius & hominum expectationem, & spem reipublice, de mea voluntate tenuisse suspensam, huic prius excusandum me esse arbitror, quam de insequenti officio quicquam vili pollicendum. Non enim preteritam culpam videri volo redemisse, sed optime mentis cogitata iam pridem maturo tempore enunciate. Non me preteribat in tanta sollicitudine hominum, & tam perturbato statu civitatis fructuosissima esse professionem bonæ voluntatis, magnosq; honores ex ea re complures.

In quo sup. magis. In reipublica incubas. Maiori fructu esse.

Subuenio.

Charitas tui.

Consules non consulares. Tui dissimillimos.

Datum.

Epistolarum familiarium

consecutos videbā: sed cum in eū casum me fortuna demisisset, vt aut celeriter pollicēdo magna ī spe ad p̄ficiēdū īpedimēta opponerē, aut si in eo mihi tēperauissem, maiores occasiones ad opitulādū habere, expeditius iter cōis salutis, q̄ meē laudis esse volui. Nā q̄s in ea fortuna quē mea est, & ab ea vita, quā ī me cognitā hoībus arbitror, & cū ea spe, quā ī manib⁹ habeo, aut sordidū q̄q̄ pati, aut p̄niciosum cōcupiscere pōt? Sed aliquātū nobis tēporis, & magni laboris, & multē ip̄esē opus fuit, vt q̄ reip. bonisq̄ oībus polliceremur, exitu p̄starem⁹: neq̄ ad auxiliū patriē nudī cū bona volūrate, sed cū facultatibus accederem⁹. Cōfirmādus erat exercitus nobis magnis s̄ape p̄miis sollicitatus, vt ab rep. potius moderata, q̄ ab vno īfinita speraret. Cōfirmādē cōplures ciuitates, q̄ supiore anno largitionibus, cōcessionibusq̄ p̄miorū erāt obligatē, vt & illa vana putarēt, & eadē a melioribus auctorib⁹ p̄tēda existimarēt. Eliciendae etiā volūrates reliquorū, q̄ finitimis puīciis, exercitibusq̄ p̄fuerūt, vt potius cū plurib⁹ societate defendēde libertatis iniremus, q̄ cū pauciorib⁹ funestā orbī terrarū victoriā pateremur. Muniēdi vero nosmetipsi fuimus aucto exercitu, auxiliisq̄ multiplicatis, vt cū p̄ferrem⁹ sensus apte, tū etiā iūitis q̄busdā sciri qd defensuri essemus, nō esset piculosum. Itaq̄ nūq̄ diffitebor multa me, vt ad effectū horū cōsiliorū puenirē, & simulasse inuitū, & dissimulasse cū dolore, q̄ p̄matura denūciatio boni ciuis īparatū, q̄ periculosa esset ex casu collegē videbā. Quo noīe etiā C. Furnio legato viro forti, atq̄ strenuo plura etiā verbo, q̄ scriptura mādara dedimus, vt & tectius ad vos p̄ferrent, & nos essem⁹ tutiores: q̄busq̄ reb⁹ & cōmune salutē muniari, & nos armari cōueniret, p̄cepimus. Ex quo itelligi pōt curā reip. summe defendēde iā prius de apud nos excubare. Nūc cū Deū benignitate ab oī re sum⁹ paratior, nō solū bene sperare de nobis hoīes, sed explorare iudicare volum⁹. Legiones habeo q̄nq̄ sub signis, & sua fide, virtuteq̄ reip. cōiūctissimas, & nostra liberalitate nobis obsequētis: Prouinciā oīm ciuitatū cōsensu paratissimā, & summa cōtētione ad officia certātē: equitatus, auxiliorūq̄ tātas copias, quātas hē gētes ad defendēdam suam salutē, libertatēq̄ cōficere possunt. Ipse ita sum animo paratus, vel puīciā tueri, vel ire quo resp. vocet, vel tradere exercitū, auxiliā, prouinciāq̄, vt vel oīm ip̄tū bellī in me cōuertere nō recusem, si modo meo casu aut cōfirmare patriā salutē, aut piculū morari possim. Hęc si iā expeditis oībus rebus, tranquilloq̄ statu ciuitatis polliceor, in damno meē laudis, reip. cōmodo letabor: sin ad societate integerrimorū, & maximorū periculorū accedā, cōsilia mea equis iudicibus ab obtreccatione inuidorū defendēda cōmēdo. Mihi qdē ipsi fructus meritorū meorū in reip. incolumitate satis magnus est paratus. Eos vero, qui meā auctoritatē, & multo magis vestrā fidem secuti, nec vlla spe decipi, nec vllō metu terreri potuerūt, vt cōmēdatos vobis habeatis, p̄tendum videtur. Valere.

PLANCVS IMPE. CONS. DESI. CICERONI. S. P. D.

Recipere.



Nihil me tibi temere scripsisse, aut te ceteris de me frustra recepisse letor. Certe hoc maius habes testimoniū amoris mei, quo maturius tibi q̄ ceteris cōsilia mea volui esse nota. In dies vero meritorum meorum fieri accessiones peruidere te spero, cogniturū magis recipio. Qd̄ ad me attinet mi Cicero, ita ab imminentibus malis respu. me adiuuante liberetur, sic honores, p̄miāq̄ vestra suspicio conferenda certe cum immortalitate, vt sine his nihil de meo studio, p̄seueratiāq̄ sim remissurus, nisi in multitudine optimorum ciuū imperus animi mei fuerit singularis, & opera p̄cipua, nihil ad meā dignitatē accedere volo suffragatione vestra. Concupisco autē nil mihi contra qd̄ ipse pugno: & tēporis, & rei te īmoderato rem facile patior esse. NIHIL aut sero, aut exigue a patria ciui tributū potest videri. Exercitū ad Sextū Cal. Maias Rhodanū traieci magnis itinēribus. Viennā equites mille via breuiore p̄misi: ipse si a Lepido nō impediatur, celeritate satisfaciā: sin autē in itinere meo se opposuerit, ad tēpus consiliū capiā. Copias adduco & genere, & numero, & fidelitate firmissimas. Te, vt diligas me, si mutuo me facturum scis, rogo. Vale.

Rhodanus
Vienna.

CICERO PLANCO IMPE. CONS. DESI. S. D.



Si satis ex Furnio nostro cognoueram, quā tua voluntas, qd̄ consiliū de repu. esset, tamen lectis tuis literis liquidius de toto sensu tuo iudicauī. Quā obrem q̄q̄ in tuo p̄līo omnis fortuna reipublicae disceprat, quod quidem cū hac legeres, iam decretum arbitrabar fore, tamen ipsa fama, quā de tua voluntate p̄crebuit, magnam es laudem consecutus. Itaq̄ si consulem Romae habuissemus, declaratum esset a senatu cum tuis magnis honoribus, q̄

gratus esset conatus & apparatus tuus. Cuius rei non modo non prateriit tempus, sed ne matuum quidem etiam nunc, meo quidem iudicio, fuit. IS ENIM denique honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magna merita claris viris defert, & datur. Quare, sit modo aliqua res, in qua honos elucere possit, omnibus, mihi crede, amplissimis honoribus abundabis. IS AVTEM qui vere appellari potest honos, non inuitamertum ad tempus, sed perpetue virtutis est premissum. Quomodo mihi placeat incumbere toto pectore ad laudem. Subueni patrie. Optulare collegae: omnium gentium consensum, & incredibilem conspirationem adiuua. Me tuorum consiliorum adiutorem, dignitatis fauorem, omnibus in rebus tibi amicissimum, fidelissimumque cognosces. Ad eas enim causas quibus inter nos amore sumus, officii, vetustate coniuncti, patrie charitas accessit, eaque effecit, ut tuam vitam anteferrem meam. Quarto Cal. Aprilis. Vale.

C. PLANCUS IMP. CON. DES. CICERONIS. P. D.

Mmortalis ago tibi gratias, agamque dum viuam. Nam relaturum me affirmare non possum. Tantis enim tuis officiis non video mihi respondere posse, nisi forte, ut tu grauissime, disertissimeque scripsisti, ita sensurus es, ut me referre gratiam putes, cum memoria tenebo. Si de filii tui dignitate esset actum, amabilius certe nihil facere potuisses. Prime tue sententiae infinitis cum muneribus, posteriores ad tempus, arbitriumque amicorum meorum compositae, oratio assidua, & perpetua de me iurgata cum obrectatoribus propter me, notissima mihi sunt. Quare non mediocriter adhibenda mihi est cura, ut reipublice meo cuius dignum tuis laudibus prestet, in amicitia tua memorem, atque gratum. Quod reliquum est, tuum munus tuere: & me, si quae esse uolueris, eum exitum rebus quae cognosces, defende, ac suscipe. Cum Rhodanum copias traiecissem, fratremque cum tribus millibus equitum praemissem, ipse iter ad Mutinam dirigeret, in itinere de plio facto, Brutoque, & Mutina obsidione liberatis, audiui. Animaduerti nullum alium receptum Antonium, reliquiasque quae cum eo essent, habere, nisi in his paribus. Duasque ei spes esse propositas, uenae Lepidi, ipsius altera exercitus. Quae quaedam pars exercitus non minus furiosa est, quam qui cum Antonio fuerunt, equitatum reuocauit. Ipse in Allobrogibus constitit, ut proinde ad omnia paratus essem, ac res me moneret. Si nudus huc se Antonius conferret, facile mihi video per me suscipere posse, remque publicam ex uestra sententia administrare, quam ab exercitu Lepidi recipiatur. Si uero copiarum aliquid secum adducet, & si decima legio ueterana, quae nostra opera reuocata cum reliquis est, ad eundem furorem redierit, tamen ne quid detrimere fiat, dabitur opera a me, idque me praestitutum spero, dum istinc copiae traiciantur, coniunctaque nobiscum facilius perditos opprimant. Hoc tibi spondeo mihi Cicero, neque animum, nec diligentiam mihi defuturam. Cupio mehercules nullam residuam sollicitudinem esse. Sed si fuerit, nec animo, nec beneuolentiae, nec patientiae cuiusquam pro uobis cedam. Do quidem ego operam, ut etiam Lepidum ad huius rei societatem incitem, omniaque ei obsequia polliceor si modo reipublicam respicere uolet. Vrorum in hac re adiutoribus, interpretibusque fratre meo, & Laterense, & Furnio nostro. Non me impediet priuatae offensiones, quo minus pro reipublicae salute etiam cum inimicissimo consentiam. Quae si nihil profecerit, nihilominus maximo sum animo, & maiore re fortasse, cum mea gloria uobis satisfaciam. Fac ualeas, meque mutuo diligas.

CICERO PLANCO IMPE. CON. DES. S.

Tsi reipublicae causa maxime gaudere debeo, tantum ei te praesidium, tantum operam attulisse extremis pene temporibus, tamen ita te uictorem complectar reipublicae recuperata, ut magnam partem mihi letitiae tua dignitas afferat, quam & esse iam, & futuram amplissimam intelligo. Caue enim putes ullas literas unquam grauioribus, quam tuas in senatu esse recitatas. Idque contingit tum meritorum tuorum in reipublica eximia quadam magnitudine, tum uerborum sententiarumque grauitate. Quod mihi quidem minime nouum, qui & te nossem, & tuarum literarum ad me missarum promissa meminissem, & habere a Furnio nostro tua penitus consilia cognita: sed senatui maiora uisa sunt, quam erant expectata, non quo unquam de tua uoluntate dubitasset, sed nec quantum facere posses, nec quo progredi uelles, exploratum satis habebat. Itaque cum ad VIII. Idus Aprileis mane mihi tuas literas Marcus Varisidius reddidisset, easque legissem, incredibilem gaudio sum elatus. Cumque magna multitudo optimorum uirorum, & cuius me de domo deduceret, feci continuo omneis principum meorum uoluptatis. Interi ad me uenit Munatius noster, ut consueuerat, & ego ei literas tuas dedi, nihil dum enim sciebat. Nam ad me primum Varisidius, idque sibi a te mandatum esse dicebat. Paulo post idem mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas ipsi miserat, & eas quas publice. Placuit nobis, ut ita

Incumbe ad laudem.

Agere, Res ferre gratias.

Ad Mutinam Receptus.

praestaturum.

Laterensis.

Memini praemissa.

Dum ad huc. Ipsi miserat.

Epistolarum familiarium

Pullarii.
 Nostro. s.
 augurum.
 Intercessor
 Amicior.
 Perge.

 tim ad Cornutū Prætorē vrbis, literas deferremus, q̄ cōsules aberāt, cōsulare munus susti-
 nebat, more maiorū. Senatus est cōtinuo cōuocatus, frequēsq̄ cōuenit p̄pter famā, atq̄ expe-
 ctationē tuarū l̄rarū. Recitatis l̄ris oblata religio Cornuto est, pullarioq̄ admonitu, non satis
 diligēter eū auspiciis operā dedisse. Idq̄ a nostro collegio cōprobatū est. Itaq̄ res dilata est in
 posterū. Eo autē die magna mihi p̄ tua dignitate cōtētio cū Seruilio: q̄ cū grā effecisset, vt sua
 sentētia prima p̄nūciaret, frequēs eū senatus reliq̄t, & i alia oīa discessit: meq̄ sentētiē, q̄ secū-
 da p̄nūciata erat, cū frequēs assentiret senatus, rogatu Seruiliū P. Titius intercessit. Res i po-
 sterū dilata. Venit paratus Seruilius Ioui ipsi iniquus, cui⁹ i tēplo res agebat. Hūc quēadmo-
 dū fregerim, quātāq̄ cōtētionē Titii intercessorē abiecerim, ex aliorū te literis malo cogno-
 scere. Vnū hoc ex meis. Senatus grauior, cōstātor, amicior tuis laudibus esse nō potuit, q̄ tū
 fuit. Nec vero tibi Senatus amicior, q̄ cuncta ciuitas. Mirabiliter. n. Po. Ro. vniuersus, & oīm
 generū, ordinūq̄ cōsensus ad liberādā rēp. cōspirauit. Perge igit, vt agis, nomēq̄ tuū cōmēda
 immortalitati: atq̄ hęc oīa, quæ habēt speciem gloriæ, collecta inanissimis splendoris insignib⁹
 cōtēne, breuiā, fugaciā, & caduca existima. Verū decus i virtute positū est, q̄ maxime illustrat
 magnis i rēp. meritis. Eā facultatē habes maximā: quā q̄n cōplexus es, tene, p̄fice, vt ne minus
 resp. tibi, q̄ tu reip. debeas. Me tuę dignitatis nō modo fautorē, sed etiā amplificatorē cogno-
 sces. Id tū reip. q̄ mihi est mea vita charior, tū nostræ necessitudini debere me iudico. Atq̄ in
 his curis, quas cōruli ad dignitatē tuam, cepi magnā voluptatem, q̄ bene cognitā mihi T.
 Munatii prudentiā & fidem, magis etiā perspexi in eius incredibili erga te beneuolentiā & di-
 ligentiā. Quarto Idus Aprilis. Vale.

CICERO PLANCO IMP. CONS. DESI. S. P. D.



T primū potestas data est augēde dignitatis tuæ, nihil p̄termisi in te or-
 nando, qd̄ positū esset, aut in p̄mio virtutis, aut in honore verborū. Id ex
 ipso senatuscōsulto poteris cognoscere. Ita. n. est p̄scriptū, vt a me de scri-
 pto dicta sentētia est, quā senatus frequēs secutus est summo studio, ma-
 gnoq̄ cōsensu. Ego q̄q̄ ex tuis literis, quas mihi misisti, perspexerā te ma-
 gis iudicio bonorū, q̄ insignibus glorię delectari, tñ cōsiderādū nobis exi-
 stimaui, etiā si tu nihil postulares, quātū tibi a rēp. deberet. Tu contexes
 extrema cū primis. Qui enim M. Antoniu oppresserit, is bellū confecerit. Itaq̄ Homerus non
 Aiacē, nec Achillē, sed Vlysem appellauit πρῶτον. Vale.

CICERO PLANCO IMP. CONS. DESI. S. P. D.



Gratam famam biduo ante victoriā, de subsidio tuo, de studio, de celerita-
 te, de copiis, atq̄ etiā hostibus fuis. Spes omnis est in te. Fugisse em̄ ex plio
 Mutinensi dicuntur notissimi latronū duces. EST ENIM non minus gra-
 tū extrema delere, q̄ prima depellere. Equidē expectabā iam tuas literas, idq̄
 cū multis. Sperabāq̄ etiā Lepidum temporibus admonitū, tecum & reip.
 satis esse facturū. In illam igitur curam incūbe mi Plance, vt ne qua scintilla
 la teterrimi belli relinquatur. Qd̄ si erit factū, & rēp. diuino beneficio affeceris, & ipse ater
 nam gloriam consequere. Tertio Idus Maii. Vale.

PLANCVS PRAE. CICERONI. S.



Is literis scriptis, q̄ postea accidissent, scire te ad rēp. putavi p̄tinere. Seduli-
 tas mea (vt spero) & mihi, & reipub. tulit fructum. Nāq̄ assiduis internun-
 ciis cū Lepido egi, vt omīssa oī cōtētionē, reconciliataq̄ volūtatē nostrā, cōi-
 cōsilio reip. succurreret: se, liberos, vrbē pluris, q̄ vnū pditū, abiectūq̄ latronē
 putaret, obseq̄q̄ meo si ita faceret, ad omneis res abuteret. Profeci itaq̄ per
 Lateresem internūciū, fidē mihi dedit se, Antoniu si phibere sua puincia nō
 potuisset, bello p̄secuturū. Me, vt venirē, copiasq̄ cōiūgerē rogauit, eoq̄ magis q̄ & Antoni⁹
 ab equitatu firmus eē dicebat, & Lepidus ne mediocrē qdē equitatū habebat. Nā etiā ex pau-
 citate eius, nō multis ante diebus, decē, q̄ optimi fuerāt, ad me trāsierūt. Quibus reb⁹ ego co-
 gnitis, cūctatus nō sum i cursu bonorū cōsilioq̄. Lepidū adiuuādū putauī. Aduētus meus qd̄
 profecturus esset vidī, vel q̄ egratu meo p̄sequi, atq̄ opprimere equitatū eius possem, vel q̄
 exercitus Lepidī eā p̄tē, quæ corrupta est, & ab repub. alienata, & corrigere, & coercere p̄sen-
 tia mei exercitus possem. Itaq̄ in Hisara flumine maximo, qd̄ in finibus est Allobrogum, pon-
 te vno die facto, exercitum ad Quartum Idus Maii traduxi. Cum vero mihi nūciatum esset

Lucium Antonium praemissum cum equitibus, & cohortibus ad Forum Iulii venisse, fratrem cum equitibus quattuor millibus, ut occurreret ei, nisi ad prid. Idus Maii. Ipse maximis itineribus cum quattuor legionibus expeditis, & reliquo equitatu subsequar. Si nos mediocri modo fortuna reip. adiuverit, & audaciae peditum, & nostrae sollicitudinis hic finem repiemus. Quod si latro praecognito nostro adueru, rursus in Italia se recipere coeperit, Brutus erit officium occurrere ei, cui scio, nec consilium, nec animum defuturum. Ego tamen si id acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui sequatur, Italiam a vastatione defendat. Fac valeas, meque mutuo diligas.

CICERO PLANCO SVO. S. P. D.

Vastatio

Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi, quam tuas Plance literas. Redditae sunt enim frequentim Senatu Cornuto, cum is frigidam sane, & incostante recitasset literas Lepidi, sub eas statim recitatae sunt tuae, non sine magnis quidem clamoribus. Cum rebus enim ipsis essent, & studiis, beneficiisque in rempublicam, gratissime, tum erat gravissimis verbis, & sententiis plenas. Flagitare Senatus instituit Cornutum, ut referret statim de tuis literis, ille se considerare ait velle. Cum ei magni conuictum fieret cuncto a Senatu, quinque tribuni plebis retulerunt. Seruilius rogatus rem distulit. Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensus ad unum. Ea quae fuerit, ex senatusconsulto cognosces. Tu quae consilio non eges, vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, ut nihil huc reicias, neve in rebus tam subitis, tamque angustiis a Senatu consilium petendum putes. Ipse tibi sis Senatus: quocumque te ratio reip. ducet, sequere. Cures, ut ante factum aliquid a te egregium audiamus, quam futurum putamus. Illud tibi promitto, quicquid a te erit factum, id senatum non modo ut fideliter, sed etiam ut sapienter factum comprobaturum. Vale.

Exhortatio

PLANCVS CICERONI. S. P. D.

Antonius Idibus Maiis ad Forum Iulii cum primis copiis venit. Veridius biduum spatium abest ab eo. Lepidus ad Forum Voconii castra habet, quod locus a Foro Iulii quattuor & viginti millia passuum abest: ibique me expectare constituit, quemadmodum ipse mihi scripsit. Quod si omnia mihi integra, & ipse, & fortuna serauerit, recipio vobis celeriter me negotium ex sententia confecturum. Fratrem meum assiduis laboribus, concursationibusque confectum graviter se habuisse antea tibi scripsi. Sed tamen cum primum posse ingredi coepit, non magis sibi, quam reipublicae conualuisse se existimans, ad omnia pericula princeps esse non recusabat. Sed ego etiam non solum hortatus sum, verum etiam coegi isto proficisci, quod illa valetudine magis conficere se, quam me tueri posset in castris, & quod acerbissimo itinere consulam rempublicam nudatam, tali civis Praetore in urbanis officiis indigere existimabam. Quod si quis vestrum non probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciam, non illi erga patriam fidelitatem. Lepidus tamen, quod ego desiderabam, fecit, ut Apellam ad me mitteret, quo obside, fide illius, & societate in rempublicam administranda uterer. Studium in ea re suum mihi L. Gellius de tribus fratribus Segavianis probavit, quo ego interprete novissime ad Lepidum sum usus. amicum etiam reipublicae cognoscere videor, libere terque ei sum testimonio, & omnibus ero, quod bene merentur. Fac valeas, meque mutuo diligas, dignitatemque meam, si mereor, tuearis, sicut adhuc singulari cum benevolentia fecisti.

Graviter se habuisse

Novissime

PLANCVS CICERONI. S.

Vid in animo habuerim cum Lernus, Neruaque discesserunt a me, & ex literis, quas eis dedi, & ex ipsis cognoscere potuisti, quod omnibus rebus, consiliisque meis interfuerunt. Accidit mihi, quod homini pudenti, & cupido satisfaciendi reipublicae, bonisque omnibus accidere solet, ut consilium sequeretur periculosum magis, dum me probare, quam tutum, quod habere posset obrectationem. Itaque post discessum legatorum cum binis continuis literis & Lepidus me, ut veniret, rogaret, & Laterensis multo etiam magis prope implorans obtestaretur, nullam rem aliam extimescens, quam eadem quae mihi quoque facit timorem varietatem, atque infidelitatem exercitus eius, non dubitandum putavi, quin succurrerem, meque communi periculo offerrem. Sciebam enim, & cautius illud erat consilium, expectare me ad Hispam, dum Brutus traiceret exercitum, & cum collega consentiente, sicut milites faciunt, hostibus obviam ire. Tamen si quod Lepidus bene sentiens, detrimenti cepisset, hoc omne assignatum iri aut pertinaciae meae, aut timori videbatur, si aut hominem offensum mihi, consilium cum reipublica non subleuasset, aut ipse a certamine belli tam necessarii me remouisset. Itaque potius periclitari volui, si possem mea presentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorem, quam nimis cautus videri. Sollicitior certe hominem

Periclitari

Epistolarum familiarium

non suis contractis, neminē puto fuisse. Nā quæ res nullam habebat dubitationē, si exercitus Lepidī ab sit, ea nūc magnā affert sollicitudinē, magnūq; habet casum. Mihi em̄ si contigisset, vt prior occurrerē Antonio, nō mehercule horā cōstitisset: tātū ego & mihi cōfido, & sic p̄ culas illius copias, Vētidūq; Mulionis castra despicio. Sed nō possum nō exhorrescere, si qd̄ intra curē subest vulneris, qd̄ prius nocere potest, q̄ sciri, curariq; possit. Sed certe, nisi vno loco me tenerē, magnū periculū ipse Lepidus, magnū ea pars exercit⁹ adiret, q̄ bene de rep. sentiret. Magnā etiā perditū hostes accessione sibi fecissent, si quas copias a Lepido abstraxissent. Quæ si aduētus meus represserit, agā gratias fortunæ, cōstatiq; meæ, quæ ad hāc experiētiā excitauit. Itaq; ad. xii. Cal. Iunias ab Hisara castra moui, pontē tamē, quē in Hisara feceram, castellis duobus ad capita positis reliqui, præsidiaq; ibi firma posui, vt venienti Bruto, exercitūq; eius sine mora transitus esset paratus. Ipse, vt spero, diebus octo, quibus has literas dabam, cum Lepidī copiis me coniungam. Vale.

CICERO PLANCO. S. P. D.

Video:
Cerno,



Vanq; gratiarū actionē a te nō desiderābā, cū te te ipsa, atq; animo scirē esse gratissimū, tamē (fatēdū est em̄) fuit mihi periucunda. Sic em̄ vidi quasi ea quę oculis cernunt, me a te amari. Dices, quid antea? Semp̄ qdē, sed nūq; illustrius. Literæ tuæ mirabiliter gratę sunt senatui cū rebus ipsis quę erāt grauissime, & maxie fortissimi animi, sūmiq; cōsiliū, tū etiā grauitate sentētiarū atq; verborū. Sed mi Plance incūbe, vt bellī extrema p̄ficias: in hoc erit summa & gratia, & gloria. Cupio oīa reip. causa, sed mehercule in ea cōseruāda iam defatigatus nō multo plus faueo patriæ, q̄ tuæ glorię, cuius maximā facultatem tibi Dii immortales, vt spero, dedere, quā cōplectere obsecro. Qui enim Antoniū oppresserit, is hoc teterrimū bellū, periculosissimūq; confecerit. Vale.

CICERO PLANCO. S. P. D.



Ta erāt oīa, q̄ istinc afferebant, incerta, vt qd̄ ad te scriberē, nō occurreret. Modo, n. q̄ vellem⁹ de Lepido, mō cōtra nūciabant: de te tñ cōstās fama, nec decipi posse, nec vinci: quorū alterius fortuna quandā p̄te habet, alterū p̄priū est prudētię tuę. Sed accepi l̄ras a collega tuo datas Idibus Maiis, in qb⁹ erat te adscripsisse, a Lepido nō recipi Antoniū. Qd̄ erit certius, si tu ad nos idē scripseris, sed minus audes fortasse p̄pter inanē letitiā l̄rarū supiorū. Verū vt errarē, id Plance noluiti. Quis, n. id effugerit? Sic decipi te nō potuisse, q̄s nō videt? Nunc vero etiā iā erroris cā sublata est. Culpa, n. illa, bis ad eūdē, vulgari rephēsa puerbio est. Sin, vt scripsisti ad collegā, ita se res habet, oī cura liberati sumus, nec tñ erim⁹ prius, q̄ ita esse, tu nos feceris certiores. Mea qdē, vt ad te sepius scripsi, hęc sentētia est. Qui reliqas hui⁹ belli opp̄sērit, eū toti⁹ belli cōfectorē fore, quē te & opto esse, & cōfido futurū. Studia mea erga te, quibus certe nulla eē maiora potuerūt, tibi tā grata eē, q̄ ego putauī fore, minime miror, vehemēter letor. Quę qdē tu, si recte istic erit, maiora, & grauiora cognosces. Quarto Cal. Iunias.

PLANCVS CICERONI. S.



Vderet me inconstantiæ mearū literarum, si nō ex aliena leuitate penderēt. Omnia feci, quare Lepido cōiuncto ad remp. defendendam minore sollicitudine vestra perditis resisterem. Omnia ei & petenti recepi, & vltro pollicitus sum, scripsiq; tibi biduo ante, confidere me bono Lepido esse vsurum, cōmuniq; consilio bellū administraturū. Credidi chirographis eius, affirmationi præsentis Laterensis, qui tum apud me erat, reconciliatq; me Lepido, si dēq; haberē, orabar. Non licuit diutius bene de eo sperare. Illud certe caui, & cauebo, ne mea credulitate reip. summa fallatur. Cū Hisarā flumē vno die ponte effecto, exercitū traduxissem, p̄ magnitudine rei celeritatē adhibēs, q̄ petierat p̄ literas ipse, vt maturarē venire, p̄stō mihi fuit Stator eius cū literis, quibus ne venirē denūciabat: se posse cōficere p̄ se negotiū. Interea ad Hisaram expectarē. Indicabo temerarium meū cōsiliū tibi, nihilominus ire decreueram existimans eū sociū glorię vitare. Putabā posse me nec de laude ieiuni hominis delibare qcq;, & subesse tamen propinquis locis, vt si durius aliquid esset, succurrere celeriter possem. Ego nō malus homo hoc suspicabar. At Laterensis vir sanctissimus suo chirographo mittit mihi literas, meisq; desperās de se, de exercitu, de Lepidī fide, q̄rensq; se destitutū. In quibus aperte denunciat videam ne fallar, suam fidem solutam esse, reipub. ne desim. Exemplar eius chiro-

Maturarē
venire,
Stator.

Laterensis,

graphi Titio dedi. Ipsa chirographa oia ex qbus credidi, & ea qbus fide no habeda putau, Leuocispio dabo pferenda, qui oibus his interfuit rebus. Accessit eo, vt milites eius, cu Lepidus concionaret, improbi p se, corrupti etia p eos q psunt Canidios, Rufrenosq, & ceteros quos cu opus erit scietis, cõclamarẽt viri boni pacẽ se velle, neq esse cu vllis pugnatos, duobus ia consulibus singularibus occisis, tot ciuibus pro patria amissis, hostibus deniq oibus iudicatis, bonisq publicatis: neq hoc aut vindicarat Lepidus, aut sanarat. Huc me venire, & duobus exercitibus coiunctis obicere exercitũ fidelissimũ, maxima auxilia, principes Gallia, prouinciã cuctã, summe demetiẽ, & temeritatis eẽ vidi, mihiq, si ita oppressus essem, rẽq publicã mecu pdidissẽ, mortuo nõ modo honorẽ, sed misericordiã quoq defuturã. Itaq rediturus sum, nec tãta munera pditis hoibus dari posse sinam. Exercitũ locis habebõ opportunis, prouinciã tuear: etiã si ille exercitus descuerit, oia vt integra seruem, dabo operã, quoad exercitus huc summittatis, pariq felicitate rẽpublicã hic vindiceris. Nec depugnare, si occasio tulerit: nec obsideri, si necesse fuerit: nec mori, si casus iciderit, p vobis paratior fuerit qsq. Quare hortor te mi Cicero, exercitũ huc traiciẽdũ qprimũ cures, & matures prius, q hostes corroborentur, & nostri pturbetur. In quo si celeritas erit adhibita, resp. in possessione victorie deletis sceleratis pmanebit. Fac valeas, meq diligas. Fratrem meũ tibi fortissimũ ciuẽ, & ad oia paratissimũ excules literis, q ex labore in febriculã incidit assiduã, & satis molestã. Cũ primũ poteris istuc recurrere, nõ dubitabit, ne quo loco reip. desit. Meã dignitatẽ cõmedatã habebas, rogo. Cõcupiscere me nihil oportet, habeo te & amantissimũ mei, & qd optau, summæ auctoritatis. Tu videris quãtũ, & quãdo tuũ munus apud me velis esse. Tãtũ te rogo, in Hirciũ locum me subdas, & ad tuũ amorẽ, & ad meam obseruantiam.

M. T. C. C. N. PLANCO PRAETORI DESIG. S. D.



Ne te, & in collega omnis spes est, Diis approbantibus. Concordia vestra, quæ Senatu declarata literis vestris est, mirifice & Senatus, & cuncta ciuitas deleta est. Qd ad me scripseras de re agraria, si cõsultus Senatus esset, vt qsq de te honorificẽtissimã sententiã dixisset, eã securus eẽm, q certe ego fuissẽ. Sed propter tarditatem sententiarum, morãq rerum, cũ ea quæ consulebantur, ad exitũ non peruenirent, cõmodissimũ mihi, Plancoq fratri visum est vti eo, qd ne nostro arbitrato componeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cognouisse. Sed siue in senatusconsulto, siue in ceteris rebus desideras aliquid, sic tibi persuade, tantam esse apud omneis bonos tuĩ charitatem, vt nullum genus amplissime dignitatis excogitari possit, qd tibi non paratum sit. Literas tuas vehementer expecto, & quidem taleis, qualeis maxime opto. Vale.

PLANCVS CICERONIS.



Nũq mehercule mi Cicero me pœnitebit maxima pericula p patria subire, dũ si quid acciderit mihi, a reprehensione temeritatis absim. Cõfiterer imprudẽtia me lapsus, si vnq Lepido ex animo credidissẽ. **CREDVLITAS** em error est magis, q culpa. Et qdẽ in optimi cuiusq mẽtẽ facillime irrepit. Sed ego nõ hoc vitio pene sum deceptus. Lepidũ. n. pulchre norã. Quid ergo est? Pudor me, qui in bello maxime est periculosus, hũc casum coegit subire. Nã si vno loco essem, verebar ne cui obrectatorẽ videret, & nimĩu pertinaciter Lepido ifensus, & mea patientia etiam alere bellum. Itaq copias prope in aspectum Lepidi, Antoniq adduxi, **Credulitas** **Antonio** **coiunctus.** **Laterensis.** Quadragintaq millium passuũ spatio relicto consedi, eo cõsilio, vt vel celeriter accedere, vel cum salute recipere me possem. Adiunxi hæc in loco eligendo, flumen oppositum vt haberẽ, in quo mora transitus esset: Vocontii sub manu vt essent, per quoq loca mihi fideliter pate- **Lepidus** **Antonio** **coiunctus.** **Laterensis.** ret iter. Lepidus desperato aduẽtu meo, quẽ nõ mediocriter captabat, se cũ Antonio coniũxit ad. iiii. Cal. Iunias, eodẽq die ad me castra mouerũt: viginti millia passuũ cũ abessent, res mihi nunciata est. Dedi operã Deum benignitate, vt & celeriter me recipere, & hic discessus nihil fugẽ simile haberet, non miles vllus, non eques, non quicq impedimẽtorẽ amitteretur, aut ab illis furẽtibus latronibus interciperet. Itaq pridie nonas Iunias omneis copias Hisarã traieci, pontesq quos fecerã, interrupi, vt spatiũ & ad se colligẽdũ hoies haberet, & ego me inter ea cũ collega coiugerẽ, quẽ triduo, cũ has dabã literas, expectabã. Laterẽsis nostri & fidẽ & an- **Lepidus** **Antonio** **coiunctus.** **Laterensis.** mũ singularẽ in rẽp. semp fatebor. Sed certe nimia eius indulgẽtia in Lepidũ, ad hæc pericula perspicuenda fecit eum minus sagacẽ. Qui quidẽ cũ in fraudem se deductum videret, manus

Epistolarum familiarium

quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. In quo casu tamē interpellatus adhuc viuit, & dicitur victurus. Sed tamē de hoc mihi parū certū est, & magno cū dolore parricidarū elapsus sum his. Veniebāt em̄ eodē furore in me, quo in patriā incitati. Iracūdias autē harū rerū recentis habebāt, q̄ Lepidū castigare nō destiterā, vt extingueret bellū, q̄ colloquia facta improbabā, q̄ legatos fide Lepidi dimissos ad me in cōspectū venire vetererā, q̄ C. Catinū Vestinū tribunū militarē missū ab Antonio ad me cū literis exceperā. In quo hāc capio voluptatē, q̄ certe quo magis me petiuerūt, tāto maiorē his frustratio dglorē attulit. Tu mi Cicero, qd̄ adhuc fecisti, idē p̄sta, vt vigilāter, neruoseq; nos q̄ stamus i acie subornes. Veniat Cæsar cū copiis, quas habet firmissimas: aut si ip̄m aliqua res impedit, exercitus mittat, cuius ipsius magnū periculū agit. Quicqd̄ aliquādo futurū fuit in castris p̄ditox; contra patriā, hoc omne iā cōuenit. Pro Urbis vero salute cur nō oībus facultatibus quas habemus, vtamur? Q; si vos istic nō defueritis, profecto qd̄ ad me attinet, oībus rebus abūde reip. satisfaciā. Te qd̄ mi Cicero i dies mehercule habeo chariorē, sollicitudinesq; meas quotidie magis tua merita excutiūt, ne qd̄ aut ex amore, aut ex iudicio tuo perdā. Opto vt mihi liceat iam præsenti pietate meorū officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. Vale. Octauo Idus Iunias, Ciuarone ex finibus Allobrogum.

PLAN. IMPE. CONS. DESI. CICERONI. S. P. D.



Acere nō possum, quin in singulas res, meritaq; tua tibi gratias agam. Sed mehercule facio cū pudore. Neq; enim tāta necessitudo, quātā tu mihi tecū esse voluisti, desiderare videtur gratiarū actionē. Neq; ego lubenter pro maximis tuis beneficiis tā vili munere defungor orationis, & malo p̄sens obseruatia, indulgētia, assiduitate memorē me tibi probare. q̄ si mihi vita contigerit, omneis gratas amicitias, atq; etiā pias propinquitates † in tua obseruantia, indulgētia, assiduitate vincam. Amor enim tuus, ac iudiciū de me, vtrum mihi plus dignitatis in perpetuū, an voluptatis quotidie sit allaturus, nō facile dixerim. De militū cōmodis fuit tibi curę: quos ego, nō potētę meę causa (nihil em̄ me nō salutariter cogitare scio) ornari volui a Senatu, sed primū q̄ ita meritos iudicabā: deinde q̄ ad omneis casus cōiūctiores reip. eē volebā: nouissime vt ab omni omniū sollicitatione auersos eos, taleis vobis prestare possem, quales adhuc fuerūt. Nos adhuc hic oīa integra sustinimus. Qd̄ cōsiliū nostrū, etsi quātā sit auiditas hoīm, nō sine causa talis victorię scio, tñ vobis p̄bari spero. Non em̄ si qd̄ in his exercitibus sit offensum, magna subsidia resp. habet expedita, q̄bus subito impetui, ac latrociniō parricidarū resistat. Copias vero nostras notas tibi eē arbitror. In castris meis legiones sunt veteranę tres: tironū vel luculētissima ex oībus vna. In castris Brutī vna veterana legio: altera bīma: octo tironū. Ita vniuersus exercitus numero amplissimus est, firmitate exiguus. Quantū autē in acie tironi sit cōmittendū, nimīū sape expertum habemus. Ad hoc robur nostrorū exercituū, siue Aphricanus exercitus, q̄ est veteranus, siue Cæsarīs accessisset, a quo animo summā reip. in discrimē deduceremus. Aliquāto autē p̄pius esse, qd̄ ad Cæsarē attinet, videbamus. Nihil destiti eū literis hortari, neq; ille intermisit affirmare se sine mora venire, cū interim auersum illū ab hac cogitatione ad alia cōsilia video se cōtulisse. Ego tñ ad eū Furniū nostrū cū mādatis, literisq; misi, si qd̄ forte p̄ficere posset. Scis tu mi Cicero, qd̄ ad Cæsarīs amorē attinet, societate mihi esse tecū, vel q̄ in familiaritate Cæsarīs viuo illo, iā tueri eū, & diligere mihi fuit necesse: vel q̄ ipse quoad ego nosse potui, moderatissimū, atq; humanissimū fuit sensus: vel q̄ ex tā insigni amicitia mea, atq; Cæsarīs hūc filii loco, & illius, & nostro iudicio substitutū nō p̄inde habere mihi turpe videt. Sed qcqd̄ tibi scribo, dolēter mehercule magis, q̄ inimice facio. Q; viuit Antonius hodie, q̄ Lepidus vna est, q̄ exercitus habēt nō cōtemnēdos, q̄ sperant, q̄ audēt, id omne Cæsarī acceptū referre possunt. Neq; ego supiora reperā. Sed ex eo tēpore quo ipse mihi professus est se venire, si venire voluisset, aut opp̄sum iā bellū esset, aut i aduersissimā illi Hispaniā cū detrimēto eorū maximo extrusum. Quę mens eū, aut quorū cōsilia a tanta gloria, sibi vero etiā necessaria, ac salutari auocarint, & ad cogitationē cōsulatus bimestris summo cū terrore hominū, & insulsa cū es flagitatiōe trāstulerit, exputare nō possum. Multū i hac re mihi videntē necessariū eī & reip. & ipsius causa p̄ficere posse: plurimū, vt puto, tu quorū, cui⁹ ille tāta merita habet, quātā nemo p̄ter me. Nūq; vero obliuiscar maxima ac plurima me tibi debere. De his reb⁹ vt exigeret cū eo, Furnio mādauī. Q; si quātā debeo, habuero apud eū auctoritatē, plurimū ip̄m iuvero,

Cæsar.

Indulgētia
† in tui.

Nouissime

Cæsar va
rius,

Exputare.

Nos interea duriori conditione bellum sustinemus, q̄ neq̄ expeditissimam dimicationē putamus, neq̄ tamen refugiendo commissuri sumus, vt maius detrimentū respu. accipere possit. Qz si aut Cæsar se respexerit, aut Africana legiones celeriter venerint, securos vos ab hac parte reddemus. Tu, vt instituisti, me diligas rogo, pprieq̄ tuum esse tibi persuadeas. Quinto Calen. Sextileis, ex Castris.

Vale.

M. T. C. C. FVRNIO. S. P. D.



Si interest, id qd̄ hoies arbitrant̄, reipu. te, vt instituisti, atq̄ fecisti, nauare operam, rebusq̄ maximis, que ad extinguēdas reliquias belli pertinent, interesse, nihil videris melius, neq̄ laudabilius, neq̄ honestius facere posse. Istāq̄ operam tuā, nauitatē, animū in rempu. celeritati præturæ anteponendā censeo. Nolo. n. te ignorare quantā laudē cōsecutus sis: mihi crede, proximā Planco, idq̄ ipsius Planci testimonio, prætereaq̄ fama, scientiaq̄ oīm. Quamobrem si quid operis tibi etiā nunc restat, id maximopere censeo persequendū. Quid. n. honestius! aut quid honesto anteponendū? Si autē satisfactū reipu. putas, celeriter ad comitia, quando mature futura sunt, veniendum censeo. dummodo ne quid hæc ambitiosa festinatio imminuat eius glorię, quā consecuti sumus. Multi clarissimi viri cum reipu. darent operā, annū petitionis suę non obierūt. Qd̄ eo facilius nobis est, q̄ non est annus hic tibi destinatus, vt si ædilis fuisses, post bienniū tuus annus esset. Nunc nihil p̄mittere videre v̄sitati, & quasi legitimi temporis ad petendū. Video aut Planco consule, etsi etiā sine eo rationes expeditas haberes, tamen splendidiorem petitionē tuam, si modo ista ex sentētia cōfecta essent. Omnino me plura scribere, cum tuū tantū consiliū iudiciūq̄ sit, non ita necesse arbitrabar, sed tamē sententiam meam tibi igno tam esse nolebam. Cuius est hæc summa, vt omnia te meriri dignitate malim, q̄ ambitione, maiorēq̄ fructum ponere in perpetuitate laudis, q̄ in celeritate præturæ. Hęc eadem locutus sum domi meę adhibito Qu. fratre meo, & Cecinna, & Caluisio studiosissimis tui, cum Dardanus Libertus tuus interesset. omnibus videbatur probari oratio mea, sed tu optime iudicabis.

Vale.

M. T. C. C. FVRNIO. S. P. D.



Ectis tuis literis, quib⁹ declarabas aut omittendos Narbonenseis, aut cū periculo dimicandū, illud magis timui, qd̄ vitatum non moleste fero. Quod de Planci, & Bruti concordia scribis, in eo vel maximā spem pono victoriæ. De Gallorū studio nos aliquñ cognoscemus, vt scribis, cuius id opera maxime excitatum sit. Sed iam, mihi crede, cognouimus. Itaq̄ iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo. Scribis. n. si in Sextilē comitia, cito te. si iam cōfecta, citius, ne diutius cum periculo fatuus sis. O mi Furni, q̄ tu causam tuam non nosti, qui alienas tam facile discas. Tu nunc cādidatū te putas, & id cogitas, vt aut ad comitia curras, aut si iam cōfecta, domi tuę sis, scilicet ne cū maximo periculo, vt scribis, stultissimus sis. Non arbitror te ita sentire. Omneis. n. tuos ad laudē impetus noui. Qz si, vt scribis, ita sentis, non magis te, q̄ de te iudiciū reprehendo meū. Te adipiscendi magistratus leuissimi, & diuulgatissimi, si ita adipiscare vt pleriq̄, præpropera festinatio abduceret a tantis laudibus, quibus te oēs in cælū iure, & vere ferunt. Scilicet id agitur, vtrum hac petitione, an pxima Prætor fias, non vt ita de repu. mereare, omni honore vt dignissimus iudicere! Vtrū nescis q̄ alte ascenderis! an pro nihilo id putas? Si nescis, tibi ignosco, nos in culpa sumus. Sin intelligis, vlla tibi est prætura, vel officio, qd̄ pauci, vel gloria, quā omnes assequunt̄, dulciore! Hac de re & ego, & Caluisius homo magni iudicii, tuiq̄ amantissimus te accusamus quotidie. Comititia tñ qñ ex his pendes, quantū facere possumus, qd̄ multis de causis reip. arbitramur conducere, in Ianuarium mensē protendimus. Vince igitur & Vale.

M. T. C. M. LEPIDO. S. P. D.



Qvod mihi pro mea summa erga te beneuolētia magnę curę est, vt q̄ amplissima dignitate sis, moleste tuli, te Senatui gratias nō egisse, cū esses ab eo ordine ornatus summis honoribus. Pacis inter ciueis conciliandæ te cupidū esse lætor. Pacē eā si a seruitute seiungis, cōsules & reip. & dignitati tuę. Sin ista pax perditū hoīem in possessionē impotentissimi dominatus restituta est, hoc aīo scito omneis sanos, vt mortē seruituti anteponāt. Itaq̄ sapienter

Nauitas.
Planco pro
Placi laudi.

Scilicet ito
nicos.

Mortē ser
uituti ante
ponant.

Epistolarum familiarium

eius, meo quidem iudicio, facies, si te in istam pacificationem non interpones, quia neque senatus, neque populo, neque cuique bono probatur. Sed haec audies ex aliis, aut certior fies literis. Tu pro tua prudentia, quid optimum factu sit, videbis. Vale.

M. T. C. C. TREBONIO. S. P. D.

De cede Iulii Caesaris.



Quam vellem ad illas pulcherrimas epulas me Idibus Martiis inuitalles, reliquiarum nihil haberemus. At nunc cum his tantum negotium est, ut vestrum illud diuinum in rempublicam beneficium nonnullam habeat querelam. Quod vero a te viro optimo seductus est, tuoque beneficio adhuc viuit haec pestis, interdum quod mihi vix fas est, tibi subirascor. Mihi enim negotium plus reliquisti vni, quam preter me omnibus. Ut enim primum post Antonii foedissimum discessum senatus haberi libere potuit, ad illud animum meum reuerti pristinum, quem tu cum ciue acerrimo patre tuo in ore, & amore semper habuisti. Nam cum senatum ad. xiiii. Calendas Ianuarias tribuni plebis vocauissent, de qua alia te referrent, totam rempublicam sum complexus, egique acerrime: Senatuique iam languentem, & defessum ad pristinam virtutem, consuetudinemque reuocaui, magis animi, quam ingenii viribus. Hic dies, meaque contentio, atque actio, spem primum populo Romano attulit libertatis recuperationem. Nec vero ipse postea tempus illud intermisi de rempublica cogitandi solum, sed etiam agendi. Quod nisi res urbanas, actaque omnia ad te perferri arbitrarer, ipse perscribere, quod erant maximis occupationibus impeditus. Sed illa cognosces ex aliis: a me pauca, & ea summatim. Habemus forte Senatum, Consulareis partim timidos, partim male sentientes. Magnam dampnum factum est in Seruio. L. Caesar optime sentit, sed quod auunculus est, non acerrimas dicit sententias. Consules egregii, preclarus D. Brutus, egregius puer Caesar, de quo spero equidem reliqua, hoc vero certum habeto, nisi ille veteranos celeriter conscripisset, legionesque duae de exercitu Antonii ad eius se auctoritatem contulissent, atque is oppositus esset terror Antonio, nihil Antonium sceleris, nihil crudelitatis preteriturum fuisse. Haec tibi etsi audita esse arbitraber, volui tamen notiora esse. Plura scribam, si plus otii habuero. Vale.

Caesar Augustus.

M. T. C. APPIO. S. P. D.



Fundamenta iacere.

De meo studio erga salutem, & incolumitatem tuam, credo te cognoscere ex literis tuorum, quibus me cumulatissime satisfecisse certo scio: nec his concedo, quod sunt singulari in te benevolentia, ut te saluum malint, quam ego. Illi mihi necesse est concedant, ut tibi plus, quam ipsi hoc tempore prodesse possim. quod quidem nec destitit facere, nec desistam, & iam in maxima re feci, & fundamenta ieci salutis tuae. Tu fac bono animo, magnosque sis, meque tibi nulla re defuturum esse confidas. Pridie nonas Quintileis. Vale.

SERGIUS GALBA. M. T. C. S. P. D.



Fori Gallorum.

Pugna atrox.

Decimo septimo Calendas Maii, quo die Pansa in castris, & Hircius erat futurus, cum quo ego eram (nam ei obuia processeram millia passus centum, quo maturius veniret) Antonius legiones eduxit duas, secundam, & trigesima quintam, & cohortes praetoriae duas, vnam suam, alteram Syllani, euocatoque parte. Ita obuia venit nobis, quod nos quattuor legiones tironum habere solum arbitraber. Sed notu quo tutius venire in castra possemus, legionem Martiam, cui ego pesse solebam, & duas cohortes praetoriae miserat Hircius nobis. Cum equites Antonii apparuissent, contineri neque legio Martia, neque cohortes praetoriae potuerunt: quas sequi coepimus coacti, quam eas retinere non poteramus. Antonius ad Forum Gallorum suas copias continebat, neque sciri volebat se legiones habere, tamen equitatum, & leuem armaturam ostendebat. Posteaquam vidit se inuito legionem ire Pansa, sequi se duas legiones iussit tironum: posteaquam angustias paludis, & sylvarum transiimus, acies est instructa a nobis duodecim cohortum. Nondum venerant legiones duae, repente Antonius in aciem suas copias de vico produxit, & sine mora concurrat. Primo ita pugnatum est, ut acrius non posset ex utraque parte pugnari: & sic dexterius cornu, in quo ego eram cum Martiae legionis cohortibus octo, impetu primo fugauerat legionem trigesima quintam Antonii, ut amplius passus centum ultra aciem, quo loco steterat, processerit. Itaque cum equites nostrum cornu circumire vellent, recipere me coepi, & leuem armaturam opponere Maurosum equitibus, ne auersos nostros aggredierentur. Interim video me esse inter Antonianos, Antoniumque post me esse aliquanto: repente equum immisi ad eam legionem Tironum, quae veniebat ex castris, scuto reiecto. Antoniani me insequi, nostri pila conicere velle. Ita nescio quo fato sum

seruatus, q̄ sum cito a nostris cognitus. In ipsa Aemilia, vbi cohors Caesaris p̄toria erat, diu pugnatum est. Cornu sinisterius, qđ erat infirmius, vbi Martie legionis duę cohortes erant, & cohors p̄toria, pedem referre cœperunt, q̄ ab equitatu circuibantur, quo vel plurimum valet Antonius. Cũ omnes se recepissent nostri ordines, recipere me nouissimus cœpi ad castra. Antonius tanq̄ victor castra putauit se posse capere. Quo cũ venit, complureis ibi amissis, nec egit quicq̄. Audita re Hircius cum cohortibus viginti veteranis redeunt Antonio in sua castra occurrit, copiasq̄ omnes eius deleuit, fugauitq̄, eodẽ loco vbi erat pugnatum ad Forum Gallorum. Antonius cũ equitib⁹ hora noctis quarta, se in castra sua ad Mutinam recepit. Hircius in ea castra rediit, vnde Pasa exierat, vbi duas legiones reliquerat, quę ab Antonio erāt oppugnatę. Sic partem maiorem suarum copiarum Antonius amisit veteranarũ. Nec id tamen sine aliqua iactura cohortum p̄toriarum nostrarum, & legionis, Martie fieri potuit. Aquile duę, signa sexaginta sunt relata Antonii. Res bene gesta est. Ad. xii. Calẽ. Maii ex castris. Vale.

C. ASINIVS POLLIO, M. T. C. S. P. D.



Inime mirum debet tibi videri nihil me scripsisse de repub. posteaq̄ itum est ad arma. Nam saltus Castulonensis, qui semper tenuit nostros tabellarios, et si nunc frequentioribus latrocinii infestior factus est, tamen nequaq̄ tanta in mora est, quanta qui locis omnibus dispositi ab vtraq̄ parte scrutantur tabellarios, & retinet. Itaq̄ nisi naue perlata litera essent, omnino nescire quid istic fieret. Nũc vero nactus occasionem posteaq̄ nauigari cœptum est, cupiissime, & q̄reberrime potero, scribam ad te, ne moueare eius sermonib⁹, quę tamen nemo est qui videre velit, tamen nequaq̄ perinde ac dignus est, oderunt homines, periculum nõ est. Adeo est inuisus mihi, vt nihil non acerbum putẽ, qđ cõmune cum illo sit. Natura aut mea, & studia trahunt me ad pacis, & libertatis cupiditatem. Itaq̄ illud initium ciuili bellĩ saepe defleui. Cum vero non liceret mihi nullius partis esse, quia vtrobiq̄ magnos inimicos habebam, in ea castra fugi, in quibus plane tutũ me ab insidiis inimici sciebam non futurum: compulsus eo, quo minime volebã, ne in extremis essem, plane pericula non dubitanter adii. Cęsa rem vero, q̄ me in tanta fortuna modo cognitũ verustissimorũ familiarium loco habuit, dilexi summa cũ pietate, & fide. Quę mea sententia gerere mihi licuit, ita feci, vt optimus quisq̄ maxime probaret. Qđ iussus sum, eo tempore, atq̄ ita feci, vt appareret inuito imperatũ esse. Cuius facti iniustissima inuidia erudire me potuit, q̄ iucunda libertas, & q̄ misera sub dominatione vita esset. Ita si id agitur, vt rursus in potestate oĩa vnũ sint, quicũq̄ is est, ei me p̄fiteor inimicũ. Nec periculum est vllũ, qđ pro libertate aut refugiam, aut deprecer. Sed consules neq̄ Senatuscõ. neq̄ literis suis p̄ceperat mihi, quid facerem. Vnas em̄ post Idus Martias demum a Pansa literas accepi, in quibus horratur me, vt senatũ scribam, me, & exercitũ in potestate eius futurum: quod cum Lepidus concionaretur, atq̄ omnibus scriberet se consentire cum Antonio, maxime contrariũ fuit. Nam quibus comitatibus inuito illo per illius prouinciam legiones ducerem: aut si cętera transissem, num etiã Alpeis poterã trãsuolare, quę p̄sidio illius tenent. Adde huc, q̄ perferri literę nulla conditione potuerunt. Sexcentis em̄ locis excuriunt, deinde etiã retinent a Lepido tabellarii. Illud me Corduba pro concione dixisse nemo vocabit in dubiũ, prouinciã me nulli, nisi qui a Senatu missus venisset, traditurum. Nam de legione trigesima tradẽda quantas habuerim conciones, quid ego scribã? Quã tradita, quãto pro repu. infirmior futurus fuerim, quis ignorat? Hac em̄ legione noli acrius, aut pugnacius quicq̄ putare esse. Quare me eũ existima esse, qui primum pacis cupidissimus sim. Omne enim ciues plane studeo esse saluos. Deinde qui & me, & repu. vindicare in libertatem paratus sim. Q̄ familiarem meũ tuorũ numero habes, opinione tua mihi gratius est. Inuideo illi tamen, q̄ ambulat, & iocatur tecũ. Quod quanti aestimem, si vnq̄ licuerit viuere in otio, experiere. Nullum em̄ vestigium abs te discessurus sum. Illud vehementer admiror, non scripsisse te mihi, manendo in prouincia, an ducendo exercitum in Italiam, reipu. magis satisfacere possim. Ego quidem etsi mihi tutius, ac minus laboriosum est manere, tamen quia video tali tempore multo magis legionibus opus esse, q̄ prouinciis, quã p̄sertim recupera- ri nullo negotio possunt, constitui, vt nunc est, cũ exercitũ proficisci. Deinde ex literis, quas Pansa mihi misit, cognosces omnia, nam earum tibi exemplar misi. XVII. Calen. Aprilis. Corduba. Vale.

Castulonensis saltus.

Nullus p̄ neutrius. sequit em̄ vtrobiq̄.

Pro concione dixisse.

Epistolarum familiarium

C. ASINIVS POLLIO. M. T. C. S. P. D.

Balbi faci-
nora.

Bogudis.



Quiritari.

Excedo.

Nō modo.

Quo p q.

Octavian?

Albus questor, magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argēti coacto de publicis exactiōibus, ne stipendio quidē militibus reddito, duxit se a Gadibus, & tridū tempestate retentus ad Calpen Calen. Iuniis traiecit sese in regnum Bogudis plane bene peculiatu. His rumoribus vtrum Gadeis referatur, an Romā (ad singulos em nuncios turpissime consilia mutat) nondū scio. Sed pter furta, & rapinas, & virgis cesos socios, hec quoq; fecit, vt ipse gloriari solet, eadē que C. Cesar, ludis quos Gadibus fecit. Herenniu Gallu Histriōnem summo ludorum die annulo aureo donatū in quartūdecimū sessum deduxit. Tot em fecerat ordines equestris loci, Quattuoruiratū sibi prorogavit, comitia bienniū biduo habuit, hoc est renunciauit: quos ei visum est exules, reduxit, nō horū temporū, sed illorū, quibus a seditiosis Senatus trucidatus, aut expulsus est Sexto Varo Procōsule. Illa vero iā ne Cesaris quidē exēplo, q; ludis pretextā de suo itinere ad L. Lentulū Proconsulē sollicitandū posuit. Et quidē cū ageretur, fleuit memoria rerū gestarum cōmorus. Gladiatoribus aut Fadiū quendā milite Pompeianū, quia cū depressus in ludum bis gratis depugnasset, auctore sese nolebat, & ad populū cōfugerat, primū Gallos equites immisit in populū. Coniecti. n. sunt lapides in eū, cū arripere Fadius. Deinde abstractū defodit in ludo, & viuum cōbussit: cū quidem pransus nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergū reiectis inambularet, & illi misero quiritati, cuius Romanus natus sum, responderet, abi nunc, populi fidē implora. Bestiis vero ciueis Romanos, in his circulatorē quendam auctiōnū notissimū hominē Hīspali, quia deformis erat, obiecit. Cū huiusmodi portento res mihi fuit. Sed de illo plura corā. Nunc qd prastat, quid me velitis facere, constituite. Treis legiones firmas habeo, quarū vnā vigesimā octauam cum ad se initio belli accersisset Antonius hac pollicitatiōe, quo die in castra venisset, denarios quingentos singulis militibus daturū: in victoria vero eadē premia, q; suis legionibus: quorū quis vllā fidem, aut modū futurū putauit: incitatissimā retinui egre mehercule, nec retinuissem, si vno loco habuissem, vtputa cū singule cohortes quandā seditiōne fecerint. Reliquas quoq; legiones non destitit literis, atq; infinitis pollicitationibus incitare. Nec vero minus Lepidus vrsit me & suis & Antonii literis, vt legionē trigesimā mittere sibi. Itaq; que exercitū neq; viderere vllis premiis volui, nec eorū periculorū metu, que victoribus illis portēdebant, diminuerere, debetis existimare retentū, & cōseruatū reipu. esse, atq; ita credere, qd cūq; imperassetis facturum fuisse, si qd iussisset, feci. Nā & prouinciā in otio, & exercitū in mea potestate tenui, si nibus meē prouinciē nūq; excessi. Militē non modo legionariū, sed ne auxiliariū quidem vllū quoq; misi: & si quos equites decedēteis nactus sum, supplicio affeci. Quarū rerū fructū satis magnum repu. salua tulisse me putabo. Sed respu. si me satis nouisset, & maior pars Senatus, maiores ex me fructus tulisset. Epistolā, quam Balbo cum etiā nūc in prouincia esset, scripsi, legēdam tibi misi: etiam pretextam, si voles legere, Gallum Cornelium familiarem meum po scito. Sexto Idus Iunias. Cordubæ. Vale.

C. ASINIVS POLLIO. M. T. C. S. P. D.



Vo tardius certior fierē de preliis apud Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos tabellarios nouē dies retinuit. Tametsi tantā calamitatē reipu. q; tardissime audire oprandū est, sed illis, qui prodesse nihil possunt, neq; mederi. Ar q; vtinam eodem Senatusconsulto, quo Plancū, & Lepidū in Italiā accersisset, me quoq; iussisset venire, profecto non accepisset respu. hoc vulnus. quo si qui lerant in p̄sentia, quia vident & duces, & veterani Cesaris partiu interis se, tamen postmodū necesse est doleant, cum vastitatem Italię respexerint. Nam & robur, & soboles militum interis: si quidē, quæ nunciantur, vlla ex parte vera sunt. Neq; ego nō videbā quanto vsui reipu. essem futurus, si ad Lepidū venissem: omnē em cunctationē eius discussissem. p̄sertim adiutore Planco. Sed scribenti ad me eiusmodi literas, quas leges, & cōcionibus videlicet, quas Narbone habuisse dicūt, simularē plane necesse erat, si vellē cōmeatū p prouinciam eius iter faciēs habere. Preterea verebar, ne si ante, q; ego incepta perficerē, prelium cōfētum esset, pium meū consiliū raperent in contrariam partem obtrectatores mei, ppter amicitiam q; mihi cum Antonio, non maior tñ, q; Planco fuit. Itaq; a Gadibus mense Aprilī binos tabellarios in duas naueis iposui, & tibi, & cōsulibus, & Octauiano scripsi, vt me faceretis certiorē, quonā modo plurimū possem pdesse reipu. Sed vt rationē in eo, quo die prelium Panſa

commisit, eodem a Gadibus naues profectę sunt. Nulla em̄ post hyemę fuit ante eam dię nauigatio. Et Hercule lōge remotus ab omni suspitione futuri ciuilis tumultus, penitus in Lusitania legiones in hybernis collocarā. Ita porro festinauit vterq; cōfigere, tanq̄ nihil peius timerent, q̄ ne sine maximo reip. detrimento bellū cōponeret. Sed si properandū fuerat, nihil nō summi ducis consilio gessisse Hirciū video. Nā hęc mihi scribunt ex Gallia Lepidi, & nūciantur, Panse exercitū concisum esse, Panlam ex vulneribus mortuū, eodē prelio Martiam legionem interiisse, & L. Fabatū, & C. Peduceū, & D. Carsulenū. Hirciano autē prelio, & quartā legionē, & omneis peque Antonii cesas. Itē Hircii quartā, cū castra quoq; Antonii cepisset, a quita legione cōcisam esse. Ibi Hirciū quoq; periisse, & Pontiū Aquilā. dici etiā Octauianum cecidisse. Quę si (qđ dii prohibeant) vera sunt, nō mediocriter doleo. Antoniū turpiter Mutinę obfessionē reliquisse, sed habere equitatū, legiones sub signis armatas treis, & Pupilli Bagieni vnam, inermis bene multos. Ventidiū quoq; se cū legione septima, octaua, nona, cōiunxisse. Si nihil in Lepido spei sit, descensurū ad extrema, & nō modo nationes, sed etiā seruitia concitaturū. Parmā direprā. L. Antoniū Alpeis occupasse. Quę si vera sunt, nemini nostrū cessandū est, neq; expectandū quid decernat Senatus. Res em̄ cogit huic tanto incendio succurrere omneis, q; aut imperiū, aut nomē deniq; Populi Ro. saluū esse volunt. Brutū em̄ decē & septem cohortes, & duas nō frequentis tironū legiones, quas cōscripserat Antonius, habere audio. Neq; tñ dubito, quin oēs qui supersint de Hircii exercitu, confluant ad eū. Nam in delectu nō multū spei putō esse, p̄ferim cū nihil sit periculosius, q̄ spatiū confirmandi sese Antonio dari. Annū autē tempus libertatē maiorē mihi dat, propterea quia frumenta, aut in agris, aut in villis sunt. Itaq; proximis literis consiliū meū expediet. Nam neq; deesse, neq; superesse reipu. volo. Maxime tamē doleo, adeo & lōgo, & infesto itinere ad me veniri, vt die quadragesimo post, aut vltra etiā, q̄ facta sunt omnia, nuncientur. Vale.

Lusitania.

Pontius.

Superesse.

M. LEPIDVS IMP. ITEM PONT. MAX. S. D. SENA. POPV. PLEBIQ; VE ROM.



I vos, liberiq; vestri valetis, bene est, ego quoq; valeo. Deos hoiesq; testor patres conscripti, qua mēte, & quo animo semp in rēpu. fuerim, & q̄ nihil antiq̄uis cōmuni salute, ac libertate iudicari: qđ vobis breui probassem, nisi mihi fortuna propriū consiliū extorsisset. Nā exercitus cunctus consuetudinem suā in ciuibus cōseruandis, cōmuniq; pace, seditione facta, retinuit, neq; tāte multitudinis ciuiū Romanorū salutis, atq; incolumitatis causam suscipere, vt vere dicam, coegit. In qua re ego vos Patres cōscripti oro, atq; obsecro, vt priuatis offensionibus ommissis, summę reip. consulatis, neve misericordiam nostrā, exercitusq; nostri in ciuili diffensione, sceleris loco ponatis. Q; si salutis oīm, ac dignitatis rationē habueritis, melius & vobis, & reipu. consulētis. Data. iiii. Calen. Aprilis. a Ponte Argenteo. Valet.

Lepidi dea precatio.

Data.

M. LEPIDVS IMP. ITEM PON. MAX. M. T. CICE. S. P. D.



I vales bene est, ego quoq; valeo. Cum audissem Antoniū cū suis copiis p̄missio Lucio Antonio cū parte equitatus in prouinciā meā venire, cū exercitu meo a cōfluente Rhodano castra moui, ac cōtra eos venire institui. Itaq; cōtinuis itineribus ad Forū Vocontii veni: & vltra, castra ad flumē Argenteum contra Antonianos feci. P. Ventidiū suas legiones treis coniunxit cū eo, & vltra me castra posuit. Habebat antea legionē secundā, & ex reliquis legionibus magnā multitudinē, sed inermiū. Equitatū habet magnum. Nam oīs ex prelio interger discessit, ita vt sint amplius equitū triginta millia. Itaq; ad me complures milites, & equites ab eo trāsierunt, & in dies singulos eius copie minuunt. Syllanus, & Culleo ab eo discesserunt. Nos etiā grauius ab his lesi eramus, q; contra nostrā voluntatē ad Antonium ierant, tñ nostrę humanitatis & necessitudinis causa, eorū salutis rationē habuimus. Nec tñ eorū opera vtimur, neq; in castris habemus, neq; vlli negotio p̄fecimus. Quod ad bellū hoc attinet, nec senatui, nec reip. deerimus, quę postea egerimus, faciā te certiozem. Etsi omni tēpore summa studia officii mutuo inter nos certatim cōstiterunt pro nostra iter nos familiaritate, & p̄inde diligenter ab vtroq; conseruata sunt, tñ non dubito in tanto, & tam repentino motu reipu. quin nonnulla de me falsis rumoribus a meis obtrektorib; me indigna ad te delata sint, quę tuū animū magnopere mouerent pro tuo amore in rēpu. Ea te moderate accepisse, neq; temere credēdū iudicasse, a meis p̄curatorib; certior sum factus: q̄ mihi, vt debet, gratissima

Lugdunū nunc est.

Equitatus triginta milium.

Antonius.

Epistolarum familiarium

sunt. Memini enim & illa superiora, quae abs tua voluntate profecta sunt, ad meam dignitatem augendam & ornandam, quae perpetuo animo meo fixa manebunt. Abs te mihi Cicerone magno petere peto, si meam vitam, & studium diligentissime superioribus temporibus in re publica administranda, quae Lepido digna sunt, perspecta habes, ut paria aut eo ampliora reliquo tempore expectes: & proinde tua auctoritate me tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale. xii. Calen. Iunias, ex castris, ex Ponte Argenteo.

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM
LIBER VNDECIMVS.

D. BRVTVS M. BRVTO, ET
C. CASSIO, S. D.



VO in statu simus, cognoscite. Heri vespere apud me Hircius fuit; qua mente esset Antonius, demonstravit, pessima scilicet & infidelissima. Nam se neque mihi provinciam posse aiebat dare, neque arbitrari tuto in urbe esse quae nostrum: adeo esse militum concitatos animos, & plebis. Quorum utrumque esse falsum puto vos advertite, atque illud esse verum, quod Hircius demonstrabat, timere eum, ne si mediocre auxilium dignitatis nostrae habuissimus, nullae partes eius in re publica relinquerent. Cum in his angustiis versarer, placitum est mihi, ut postulare legationem liberam mihi, reliquisque nostris, ut aliqua causa perficiendi honesta quaereretur. Haec se impetraturum pollicitus est, nec tamen impetraturum confido: tanta est hominum insolentia, & nostri insectatio. At si dederint quod

Legatio libera,

Interdici.

Novissima auxilia.

petimus, tamen paulo post futurum puto, ut hostes iudicemur, aut aqua, & igni nobis interdici. Quid ergo est, inquis, tui consilii? dandus est locus fortunae, cedendum ex Italia, migrandum Rhodum, aut aliquo terrarum arbitror. Si melior casus fuerit, revertemur Romam: si mediocris, in exilio vivemus: si pessimus, ad novissima auxilia descendemus. Succurret fortasse hoc loco alicui vestrum, cur novissimum tempus expectemus potius, quam nunc aliquid moliamur. quia ubi consistamus, non habemus, praeter Sextum Pompeium, & Bassum Caesium, qui mihi videntur hoc nuncio de Caesare allato firmiores futuri: satis in tempore ad eos accedemus, ubi quid valeat, scierimus. Pro Cassio, & te, si quid velitis me recipere, recipiam. postulat enim hoc Hircius, ut faciam. Rogo vos imprimam mihi rescribatis: nam non dubito, quin de his rebus ante horam quartam Hircius me certiore sit facturum. quem in locum convenire possimus, quo me velitis venire, rescribite. Post novissimum Hircii sermonem, placitum est mihi postulare, ut liceret nobis esse Romae publico praesidio, quod illos nobis non concessuros puto. magnam enim invidiam eis faciemus. Nihil tamen non postulandum putavi, quod aequum esse statuerem. Valete.

M. BRV. ET C. CAS. PRAET. M. ANTO. CONS. S. P. D.



E tua fide, & benevolentia in nos, nisi persuasum esset nobis, non descripsissemus haec tibi: quae profecto, quam istum animum habes, in optimam partem accipies. Scribit nobis magnam veteranorum multitudinem Romam convenisse iam, & ad Calen. Iunias futuram multo maiorem: de te si dubitemus, aut vereamur, simus nostri dissimiles. Sed certe cum ipsi in tua potestate fuerimus, tuoque adducti consilio dimiserimus ex municipiis nostros necessarios, neque solum edicto, sed etiam literis id fecerimus, digni sumus, quos habeas tui consilii participes, in ea praesertim re, quae ad nos pertinet. Quare petimus a te, facias nos certiores tuae voluntatis in nos. Putes ne nos tutos fore in tanta frequentia veteranorum, quos etiam de reponenda ara cogitare audimus, quod velle te probare vix quisquam credere posse videtur, qui nos saluos, & honestos velit. Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud a libertate communi quaesivisse, exitus declarat. Fallere nemo nos potest, nisi tu, quod certe abest a virtute tua, & fide. sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. Tibi enim vni credimus, & credituri sumus. Maximo de nobis timore afficiuntur amici nostri: quibus etsi tua fides explorata est, tamen illud in mentem venit, multitudinem veteranorum facilius impelli ab alio quolibet, quam a te retineri posse. Rescribas nobis ad omnia, rogamus. Nam illud valde leve est, ac nugatorium, ea re denunciatum esse veteranis, quod de commodis eorum mense Iunio laturus esses. Quem enim impedimento futurum putas, cum de nobis certum sit nos quieturos? Non debet

Antonii potestas,